

Vtilitas Cosmographiæ.

Desiderius Erasmus Roterodamus de vtilitate agnoscendi
locoꝝ & regionũ orbis Sicut. In Methodo sua / siue Cõpendio /
qđ premittit Nouo testamẽto suo / de vera chũ philosophiã. dicit.

Est enim / vt agnitis regionibus / cogitatõẽ sequamur narrationem, et animo velut vna circũfera-
mur / vt rem spectare videamur / non legere: simulq; non paulo tenacius hærent quæ sic legeris. Jam si
gentiũ / apud quas res gesta narratur, siue ad quas scribunt apostoli, non sicut modo / vtz etiam ori-
ginem, mores, instituta, cultũ, ingeniũ, ex historicorũ literis didicerimus: dictũ mirũ / qñtũ lucis, et
(vt ita dicã) vite / sit accessurũ lectioni: quæ prozsus oscitabũda / mortuaq; sit oportet / quotiens nõ hæ-
tantũ / sed et omniũ pene rerũ ignorantur vocabula,

Idem in Libello de Pueris instituendis.

Tenenda Cosmographiã, quæ in historijs etiã est vsui, nedũ in Poetis. Hãc breuissimẽ tradit Pom-
ponius Mela, doctissimẽ Ptolemũs, diligentissimẽ Plinius. Nam Strabo non hoc tantũ agit. Hic præ-
cipue pars est obseruasse / quæ montiũ, fluminũ, regionũ, vrbũ, vulgo recepta vocabula, quibus an-
tiquis respondeant.

Cunctis sane historiã, vel diuinã, studiosis, maxime oĩm necessaria est Cosmographiã:
quã si q̃s penitus ignorauerit, totũ eius in historijs studiũ / tediosum et inane / atq; prozsus
absq; delectatõẽ (quæ tenere solet operãtem in opere) erit. Quid enim futilius et inanius, qm̃
te de regione / prouincia / loco / terra / vrbe / ciuitate / monte / seu flumine / gente aut natione /
memorãda legere / nosse / et alijs narrare posse, de quib; ipse prozsus ignores / quacunque
terraz in orbe sita fuerit? aut quid impudentius, interroganti te, ubi ^{nam} de qua memo-
ras / regio sita sit, ex ignorãtia respondere, in Occidente, quũ forte in Oriente sita fuerit?
Hinc etiam accidit, qđ rarus sit / diligẽs historiã scrutator. Vtilitas igitur te eius ad ca-
pessendam Cosmographiã extimulet / ac hortetur, facili enim ac breui labore perdiscitur,
eo qđ cognitio ei9 (sicut Frãcisus ait Picus) iucunda sit / honesta & utilis. Quam si se-
mel perciperis, dictu mirũ, quantam in legẽdis tibi historijs lucem ministrabit. Ni-
mirũ, vt cognitis regionib; et locis / de quib; legis, rem omnẽ quasi oculis spectare, cogi-
tatione et animo sequi et circũduri, nobis tibi prozsus videare.